1501. Primis Augusti. Ex Autographo Alexandri in MS Stan. Aug. Regis. 421.

Alexandri Literæ.

Reverendo in Christo Patri et Dno Lucæ Episcopo Varmiæ et Dno Magnifico Nicolao de Baisen Palatino Mariæburgensi amicis meis dilectis.

Reverende in Christo Pater ac Magnifice Dne. Intelleximus bene legationem hanc, quam nobis à vobis attulit Dominus Theodoricus quæ nobis fuit grata, in qua intelleximus vestram Paternitatem ac vestram Magnificentiam nobis esse benevolos et affectos in rebus nostris de quo vobis plurimas gratias habemus. et in his omnibus ita nos volumus habere secundum Consilia vestræ Paternitatis et magnificentiæ vestræ, ut decet ad bonum principem, quia iam aliqua fecimus, et hæc quæ jam scripsimus ad dominum Regem in quo nullam spem habemus similiter et alibi ubi necesse fuit. sed Deo omnipotenti omnia committo, in quo spem meam totam reposui quia dante domino bene procedet et Vestra Paternitas ac vestra magnificentia consulant mihi, et ego volo uti consiliis vestris. Quod si Deus omnipotens hoc mihi dederit, prout homines optant, habebitis me vobis obligatum, et volo vestra pira in omnibus tenere et as esse et vestris consiliis omnia facere ut decet ad bonum et Xtianum principem, et quæ erunt ad bonum statum vestrum et ad defensam totius reipublicæ Christianæ: quia Deus scit, quod non propter aliud aliquot hoc opto, nisi ut Christianitas possit defendi: et volo me erga ves ita habere, ut habuit frater meus piæ memoriæ. Quitandem valeant Datum in Mereck sabbato ante Laurentii anno Dni Millesimo quingentesimo primo.

Alexander Dei gratia magnus
Dux Livaniæ et manu propria sup.

Jakopia iest przepisana z samego oryginalnego listu pisanego ręką własną Alexandra wkrótce przed swoim obraniem na królestwo Polskie. Musiał sam komponować ten list, bo nie nadto łaciński.